



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 382. An & in quibus licitum sit uti sortilegiis divisoriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](#)

bitione Sortium nulla appareat malitia; sed potius actus Religionis resplendeat, probaturque id ipsum exemplis tam veteris quam novi testamenti, ut dum *Iosue 7. v. 14.* furum Achan hanc viam reprehensum. *1. Reg. c. 72. v. 20.* Saulis in Regem designatio. *A. Ebor. c. 1. v. 26.* S. Marthae in Apostolatum loco. *Judæus substitutio*, confirmaturque illo *Proverb. c. 16. v. 33.* *Sortes mittuntur in finum, sed à Domino temperantur.* His vero conditionibus praetermissis, illa Sortium missio regulariter est illicita & prohibita sub anathemate in c. *sortes. 26. q. 5.* cum sine necessitate speciali praetermissaque providentia medis ordinariis, ad speciale & extra ordinariam Dei providentiam recurrere, consulendo illum per sortes potius speget ad Dei temptationem, ac ita ex communi sententia cum D. Thom. *l. c. q. 95. a. 8. in corp. tradunt Suar. L. 2. de Relig. c. 12. num. 18.* *Lef. l. c. c. 43. num. 60.* *Sanch. L. 2. in Decal. c. 38. num. 85.* *Bonac. d. 3. de primo decal. præcep. q. 5. p. 3. num. 12.* *Castrop. ir. 17. d. 1. p. 6. num. 10.* *Pith. b. t. num. 4.* Porro primario requisita necessitas adesse censetur, quando alia via subveniri nequit gravi alicujus spirituali vel temporali necessitati, aut quandoque ex tali alicujus abscondita manifestatione vel negotio alicujus speciali directione divina magna Ecclesia habitura esset emolumenatum. *Sylv. V. Supersticio. q. 5.* *Sanch. l. c. Castrop. l. c. num. 11.* Reverentia in eo consistit, ut ad Deum Sortes mittantur, praemissaque oratione ejus specialis providentia exoretur, ut D. Thom. *l. c. Suar. l. c. num. 25.* cuius reverentia defectum regulariter solum esse culpam veniale, ait Castrop. *l. c. cum Bonac. l. c. num. 14.* qui etiam cum eodem & *Sanch. num. 85.* monet, ad hanc reverentiam spectare, ne in his Sortibus mittendis adhibeantur res sacrae ad res temporales aut lucra capienda, eoque id esset rerum sacrarum profanatio; Instinctum speciale Dei tunc tantum esse necessarium, si velis, ut Deus signo aliquo sensibili voluntatem tuam Sortibus ostendat, secus esse, si solùm intendas, ut Deus per speciale tuam providentiam Sortes feliciter dirigat, sed sufficere magnam fiduciam in bonitate divina, tradit cum Suar. *l. c. num. 26.* & *Sanch. num. 87.* *Castrop. l. c.*

Quæst. 382. An & in quibus licitum sit uti Sortilegijs divisorijs?

1. **R**Esp. Primò: Sortibus divisoriis uti, dum omnis eventus rei subjicitur fortunæ & casui fortuito, per se non est illicitum, excepto casu electionis ecclesiasticae, de quo (specialiter paulò post, ita Azor *Inst. mor. p. 1. L. 9. c. 2. q. unic.* *Suar. l. c. c. 13. n. 3.* *Sanch. l. c. n. 58.* *Lef. l. c. n. 98.* *Bonac. n. 12.* *Castrop. l. c. num. 2.* *Pith. num. 5.*) Quia haec Sortes per se, neque superstitionem aut divinationem continent; cum non ordinentur ad aliquid futurum, cum quo connexionem naturalem non habent, vel ad occultum quid cognoleendum; neque in justitiam continent, cum sicut ex contractu seu conventione voluntaria inter eos, qui ad rem aliquam, quæ dividi nequit, jus æquale habent, ut sit illius, cui Sorte obtigerit; neque ulla lege civili aut canonica prohibita, sed potius in jure civili in multis casibus approbata. Sic licitum, id est, controversiam circa hereditatem, legatum, simile quid Sorte dirimi & mutuo litigantium consensu; cum sit quidam contractus, in quo unusquisque cedit juri suo prætenso, si Sors alteri obtigerit. *Castrop. l. c. n. 3.* ubi etiam quod controversia hæc dirimi possit Sorte per Judicem, tametsi litigantes renuant, modò ha-

reditas & legatum dividi nequeat, neque appareat, quis vincat in jure; cum Judge ex officio compellere possit, ut in contractu consentiant, pro quibus cirat textum *L. s. duobus. c. communic. de Legatis.* Sic etiam si pluribus heredibus vel legataris data sit optio seu potestas eligendi servum vel rem aliam, & hi discordent in eligendo, res Sorte decidunt debet. *L. s. duobus. ff. eod.* Ita quoque Sortes habent locum in subeundis functionibus tam honorificis quam periculosis, v. g. dum Sorte decidunt, quæ legio prior in hostem movere, aut astulum facere debeat, dum in periculo communis naufragii, si necesse sit, ad alleviandam navim aliquos proslire vel projici in mare, ne omnes perirent, Sorte ex consensu omnium vel etiam invitis aliquibus, gubernatore aslumente hoc medium ob communne omnium bonum. *Sanch. l. c. c. 38. num. 25.* *Bonac. l. c. num. 12.* *Deltio l. 3. disq. mag. c. 4. q. 1.* *Castrop. l. c. num. 3.* *Pith. num. 6.* patetque exemplo Jona. Item in pœnis, dum duos vel plures dignos morte simul omnes interfici non expediat, licet & conveniens, Sorte determinare, quiam necandi, quia in hac Sortitione nemini fit injuria, sed potius singulis fit favor, quatenus singulis confertur spes evadendi mortem promeritam, *Lef. l. c. q. 58.* *Bonac. Castrop. Pith. ll. cit.*

2. Dixi tamen: Sortes divisorias esse licitas per se; per accidens siquidem ob circumstancias extrinsecas quandoque concidentes Sortilegia ejusmodi sunt illicita; primò ex parte intentionis Sortientium, dum quis ab astris sperat obvenerat sibi faciliter Sortem, cum id, quia astra in tales Sortitionem influxum nullum habeant, superstitionem inaginat, & saltem tacitam dæmonis invocationem contineat vel lapiat. Sic cum D. Thom. *2. q. 65. a. 8.* *Deltio l. c. q. 2.* *Suar. cit. c. 12. num. 16.* *Sanch. l. c. num. 64.* *Castrop. l. c. num. 4.* *Pith. num. 7.* Item, si eventus merè à fortuna more gentilium divinam providentiam excludente exspectetur; si tamen à fortuna divinæ providentiae subiecta speretur, esse peccatum veniale, si absque ulla necessitate id fiat, intercedente rationabili causâ, v. g. honestâ recreatione, lucro ad honestum finem directo, nullam culpam viderit, tradit Castrop. *cit. num. 4.* *citat. Suar. l. c. & Sanch. num. 65.* Secundò ratione materiæ, si sortiatur super re aliena, quod est injustum. Item si Sortes mittantur ad officia inter dignos & indigos, est in justitia, cum dignis fiat in-juria, si tamen aliqui aliis sint digniores, erit culpa determinare Sortibus electionem, dum dignior necessariò præferendus. *Sanch. num. 67.* *Castrop. l. c.* Tertiò: ratione modi mittenti Sortes, ut si in Sortitione fraus interveniat, cum tunc peccetur contra justitiam, & sic obtentum teneri nequit, cum cesseret æqualitas in contractu, & consequenter voluntas contrahendi. Item si ope dæmonis seu alia via speciali fecerit quis sibi obvenire Sortem. *Sanch. num. 66.* Quartò, si in Sortibus mittendis adhibeantur res sacrae, quod tamen non esse peccatum mortale, nisi magna intercederet irreverentia. *Sanch. num. 69.* *Suar. Castrop. Bonac. Pith. ll. cit.* *Deltio l. c. q. 1.*

Quæst. 383. An usus Sortium fit illicitus in electionibus ad Prelaturas, beneficia, officia ecclesiastica, litibusque circa ea obortis dirimendis?

1. **R**Esp. Primò: esse illicitum; c. cum Ecclesia k. t. ubi quia prohibitio fit indistincte verbis generalibus, extendit se non tantum ad beneficia sed